



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 2. Ad satisfaciendum huic præcepto, tenemur ne distinctè audire quod dicit Sacerdos?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*populus spiritualiter communicet.* Hæc autem Communio spiritualis fit dum Fideles ad recipiendum in se Christum disponuntur ex ferventi quod concipiunt desiderio illi se intimè uniendi, & ejus se voluntati in omnibus conformandi.

## CAPUT IV.

*De Obligatione audiendi Missam.*

*Quæst. 1.* **E**ST-NE peccatum mortale non audire Missam diebus Dominicis & festivis?

*Resp.* Quicumque ex negligentia mera omittit audire Missam diebus Dominicis & festivis, cum possit, peccat mortaliter: facit enim contra præceptum Ecclesie. Ita Divus Antoninus 2. p. tit. 9. §. 1. cap. 10.

*Quæst. 2.* Ad satisfaciendum præcepto audiendi Missam, tenemur-ne distinctè audire quod dicit Sacerdos?

*Resp.* Ex eodem Sancto loco citato: Non est necesse sensim & distinctè audire verba Missæ: nam tunc sequeretur hoc inconveniens, quòd qui audiret Missam ab his qui submissè dicunt, cum multitudo adest, qui remoti sunt, non implerent præceptum: similiter & qui surdi essent, vel heberem auditum haberent; intentio ergo Ecclesie in illo Decreto est, quod præsens sit in Missa & vacet Deo; si etiam intelligens est, dignum & justum est, ut intendat & conetur intelligere quæ dicuntur populo in Missa.

*Quæst. 3.* Qui omittit audire aliquam Missæ partem, v. g. introitum, satisfacit-ne Ecclesie præcepto?